



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

56 Fratrum extincti ordinis Humiliatorum bona, quando ad cameram  
Apostolicam spectent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

tit. 44. in proœm: quod denotat causam finalem, ut l. fin. ff. de hered. inf. & Jas. in l. si pacto, quo parvam. nu. 14. C. de pact. Puto distinguendum, quia aut dicti fratres extinti ordinis habebant monasteria cum claustris, aut alias domus pro eorum habitatione, & communi vita, loca claustris assignatas, ut in dict. Bull. Pij V, §. hanc autem.

<sup>56</sup> Et † hoc casu, qui alio se transtalerunt sine legitima Sedis Apostolicæ licentia speciali, sub constitutionibus contra apostatas editis comprehenduntur, & bona eorundem extra loca pro eorum residenzia assignata postea acquisita, post eorum obitum ad cameram Apostolicam spestant, quia loca, de quibus in eod. §. hanc <sup>57</sup> autem, loco monasteriorum, & claustrorum fuerunt subrogata, & subrogatus sapit naturam ejus, in cuius locum subrogatur, l. eum, §. qui injuriarum ff. si quis, caut. cap. Ecclesia Sancte Marie. il. 1. iunct. gloss. ut lit. pendent. & Bart. in l. 1. §. hi: quibus, nu. 2 ff. de leg. 3.

Si vero Apostolica auctoritate de aliis beneficiis præcipue personalem resideniam requirentibus fuerint provisi, & à vinculo communis vitæ, & habitus gestationis soluti, tunc sub dictis constitutionibus contra apostatas editis non censem-

tur comprehensi, quia, cum ordo Humiliatorum penitus fuerit extictus, nec fratres habeant monasteria; proviso nes contra apostatas factæ, cessante dicta subrogatione, non comprehendunt fratres ordinum suppressorum, & extictorum, argum. text. sacr. conc. in c. 11. de reform. ff. 14. & cap. 19. de regul. & monial. ff. 25.

Hoc enim casu inter alios clericos seculares sunt connumerandi, quod ad bona per ipsos acquisita post ordinis Humiliatorum extinctionem, & cessante facultate testandi, eorum bona ad Cameram Apostolicam spoliorum nomine devolvuntur.

Si autem habent facultatem † particularem, & specialem testandi, aut in facultatibus generalibus, quæ pluribus in locis clero media compositione cum camera Apostolica facta, fuerint concessæ, incorporati reperiuntur, non video rationem diversitatis, quare eadem facultate gaudere non debeant. Cum enim, & sit eadem ratio, idem jus statui debet. Grav. conf. 183. numer. 3. & de eisdem bonis testamento, aut alias disponere valent, quemadmodum clerici seculares disponere possunt, ex supra à numer. 12. usque ad num. 13. allegatis.

## DE PROHIBITIONIBVS, ET POENIS.

### Cap. IV.

S V M M A R I V M.

1. Clericus negotiari est prohibitum, & quare, & quam paenam contravenientes incurram.

2. Mediatores clerici illicitorum contractuum esse non possunt.

3. Mediatores contractuum usurariorum sursum